

L. h. 156.

1) Lebensversicherung
(Titel constant)

nebst 21 - 17)

175
COLLATIO SUCCINCTA
CAPITULATIONUM
CÆSAREARUM
POST WESTPHALICAM
PACEM HUCUSQUE
PUBLICATARUM
CUM

Lm 156

PROJECTO PERPETUÆ CAPI-
TULATIONIS COMITIALI,

^{QUAM}
IN ILLUSTRIBUS EBERHARDINA,
PRÆSIDE

DN. GABRIELE SCHWEDERO,
IUGTO ET ANTECESSORE, SACRÆ CÆ-
SARÆ MAJESTATIS COMITE PALATINO,
SERENISSIMI DUCIS WÜRTEMBERGICI CONSILIARIO,
ATQUE INCLYTI DICASTERII ASSESSORE,

DN. AVO ET PRÆCEPTORE SUO OMNI OBSEQUIO
SANCTE COLENDO,

D. XXII. SEPTEMBR. A. R. S. 1696.

H. L. Q. C.

SOLENNI SUBMITTIT CENSURÆ

WOLFGANGUS PAULUS BURGERMEISTERUS,
TUBINGENSIS.

TUBINGÆ, LITERIS HIOBI FRANCKII.

COLLATIO SUGGENTIA
CAPITULATIONUM
CAESAREARUM
POST WESTPHALICAM
PACEM HUGUOLLE
PUBLICATIONEM
CUI
PROPECTO PERPETUAE CAPI
TULATIONIS COMITIA
IN HUSSARI HERBERARDINA
TRADE
DN. GABRIELE SCHWEDERO
IOH. ET ANTECESSORE SACRAE CE
SARAE MAJESTATIS COMITIS PALATINO
ATQUE ARCHICAMERARIO CONSILARIO
C. ET PRAECEPTORE IOH. OMMORBONIO
D. XXIIII SEPTEBRIS A. R. S. M. DC. XXVII
H. L. O. C.
SOLENNI SUBSIGILLI C. V. S. R. E.
WILHELMUS PAULUS BERGEMASTERUS
THIBIGENSIS
LIT. P. S. R. O. R. S. R. C. A. L.



TRIGÆ
VIRO RUM

DIGNITATE MUNERUM SPLENDIDISSIMA,
MERITORUM IN PATRIAM,
STATUM PUBLICUM

SERENISSIMÆ DOMUS WURTEMBERGICÆ,
ORDINIS EQUESTRIS IMMEDIATI,

ET

COLLEGI CIVITATENSIS SUEVIÆ,

NEC NON

REM LITERARIAM
MAGNITUDINE,

CONSILIORUM GRAVITATE, INTEGRITATE,
FIDELITATE ET PRUDENTIA

EXCELLENTISSIMORUM



DN. GABRIELI SCHWEDERO, JCTO,
SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS COMITI PALATINO,
SERENISSIMI WÜRTEMBERGÆ DUCIS CONSILIARIO, CELEBERRI-
MI JCTORUM ORDINIS IN ALMA TUBINGENSI ANTECESSORI ET
JURIS PUBLICI ATQUE FEUDALIS PROFESSORI, NEC NON IN
SUPREMO DUCATUS WÜRTEMBERGICI DICASTERIO
ASSESSORI FAMIGERATISSIMO,
AVO ET PRÆCEPTORI ÆTERNUM VENERANDO.

DN. PAULO BURGERMEISTERO
DE DICESSAW,
JCTO, CONSILIARIO ORDINIS EQUESTRISSIMO IMMEDIA-
TI SUEVIÆ AD COCHARUM PRIMARIO, ET CONSULI
ILLUSTRIS REIPUBLICÆ ESSLINGENSIS
INTEGERRIMO,
PATRUO SUMME COLENDO.

DN. JOH. STEPH. BURGERMEISTERO
DE DICESSAW,
JCTO, CONSILIARIO SAXONICO ET ILLU-
STRIS REIPUBLICÆ ULMENSIS
FIDELISSIMO,
PARENTI CHARISSIMO.

PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS,
TENUES LICET, ET IMMATURAS,

AT

DEVOTISSIMI GRATISSIMIQUE ANIMI MONUMENTUM

HUMILLIMA MENTE

CONSECRAT

TANTORUM NOMINUM

OMNI PIETATE ET OBSEQUIO DEVINCTISSIMUS

NEPOS ET FILIUS

WOLFGANGUS PAULUS BURGERMEISTERUS.



PRÆFATIO.

§. I.

PLeraque Imperia & Regna suis inniti Legibus fundamentalibus, quibus Civitas formetur, aliaque ad Statum publicum constituendum ac in suo flore conservandum pertinentia definiantur ac determinentur, indubium est, ad quarum observantiam se imperaturi plerumque obstringere solent, quando populus se ad debitum obsequium per homagium illis obligat. Ita Regem Hispaniæ in Leges Regni Arragoniæ, & ad Privilegia Statuum Saragoßæ facta tecta conservanda se ante altare obstringere, ac jurato promittere teneri, se omnia, quæ ad summam Reipublicæ pertinent, cum Ordinibus Regni communicaturum, nec iis inconsultis illa pro arbitrio suo expediturum, testatur Mariana *Histor. Hispan. lib. 21. cap. 1.* Similiter Regem Sueciæ in Leges Regni Sueciæ ad conservanda Ordinum Privilegia, & in specie in Augustanam Confessionem se obligare, ac nomina-

tūm promittere consueviffe, quod nullum Jus
 peregrinum in regnum inducere, nec Ordinibus
 novam Legem obtrudere velit, nisi eam sponte
 acceptarint, patet ex formula juramenti Sigismun-
 di Regis relata in *Exegesi Histor. Sincicæ fol. 119.* Nec
 minus de Regibus Angliæ constat, eos certis limi-
 tibus circumscriptam potestatem nancisci, durch
 Ihren Test, ut vocant Legem suam fundamen-
 talem, & in specie hinc ipsos ex antiquis institu-
 tis nihil tollere, nec novas Leges nisi de Parlamen-
 ti sententia condere posse, testatur Polydorus
 Virgilius *Histor. Angl. lib. 11. in Henrico I. fol. 118.*
 Eodemque modo se rem habere cum Regibus Po-
 loniæ notat Cromerus *Histor. Polon. lib. 2.*

§. II. Ad horum igitur & aliorum exem-
 plum Electores Sacri Imperii nostri, cum
 noviter electo Imperatore hætenus etiam
 in certas convenerunt conditiones, id regimine
 suo ab eo observandas, quas ipse scripto conce-
 ptas & subscriptione sua munitas se omni studio
 attenturum mediante sacramento sponte in se re-
 cipere consuevit Instrumentum illas exhibens
 communiter Capitulatio Cæsarea, die mit
 dem erwählten König oder Kaiser errichtete Wahl-
 Capitulation / audit, quam pro Lege fundamen-
 tali

tali Imperii habendam esse, dubitare nos non sinunt ipsa Serenissimorum Electorum verba, cum ad Cæsaris propositionem in Conventu Electorum Ratisbonæ An 1623. habito reponerent: Ihre Königsliche Majestät wäre wegen des Proceß gegen den Pfaltz-Graffen nicht zu verdencken / jedoch weil es ein Churfürstenthum und Mitglied des Churfürstlichen Collegii betreffe / solte damit mit Vorberuwußt der Churfürsten verfahren werden / nach Inhalt Königlich-er Capitulation / welche pro Legge fundamentali Imperii zu halten. Conf. Per. Illustris Dn. Baro de Lyncker in *Doctrin. commun. de Capitulat. Cæsar. S. 10. pag. 46 seq.* licet in primario & proprio significato quoad Sacratissimum Imperatorem nil minus sit quam lex, cum non feratur à subjecto, quod in Imperio potestate legum ferendarum gaudeat, nec Imperatorem futurum invitum ex potestate præscribentium obliget virtute præcepti, sed libera voluntate eam acceptantem, vi promissionis & jurisjurandi desuper sponte præstiti; Verum est & dicitur Lex fundamentalis Sacri Romano-Germanici Imperii in eo sensu, quo Leges fundamentales nil aliud sunt, quam pacta publica, quæ ut alibi circa cujusque Civitatis, sic hic circa Reipublicæ

cæ

ca nostræ Germanicæ Statum versantur, & normam regiminis conditionesque in illo moderando observandas definiunt, inter Imperantem & Status seu Ordines inita, quod clare innuunt verba ipsa Capitulationum Cæsarearum, quotquot à Caroli V. temporibus in ea externa forma, qualem hodie præ se ferunt, habemus, in proœmio, post relationem legitime factæ Electionis quæ sequuntur: *Dasß Wir Uns demnach aus freyem gnädigen Willen/ mit denselben Unsern lieben Neven/ Brüdern/ Rheymen und Churfürsten vor sich und sämtilche Fürsten und Stände des Heil. Römischen Reichs/ Geding- und Pacts- Weisß dieser nachfolgenden Articulen vereiniget / verglichen / angenommen und zugesagt haben/ alles wissenlich und Krafft dieses Brieffs.*

§. III. Eam Capitulationem usque ad Rudolphum II. absque ulla contradictione conceperunt Electores, at post ejus obitum ceteri Status primùm in privatis literis, postea vero publice in Tractatibus Pacis Westphalicæ conquesti sunt, quod Electores sibi nimiam potestatem in Capitulatione ad reliquorum Statuum damnum & injuriam formanda sumerent, quam proin temperandam censuerunt, ne Jura Statuum ambiguè semper incertisque fluctibus agitari necessum esset;

set; id autem fieri posse judicarunt, si constans & perpetua communi Statuum consensu in Comitibus conderetur Capitulatio, non immutanda, nisi salus Reipublicæ temporumve conditio exigeret. Hisce querelis obtinuerunt, ut Instrumento Pacis Westphal. Art. VIII. §. 3. deliberationes super arduo hoc negotio ad proxima remissæ fuerint Comitibus, à quibus tamen dilatae ad præsentia A. 1663. cœpta, & in hodiernum diem adhuc durante Comitibus Imperii, ubi lento gradu eousque progressæ sunt, ut Conceptum perpetuæ & constantis Capitulationis prodierit. Acta in hoc negotio longa serie refert Author *Meditat. ad Instrum. Pacis Specim. VII. ad Artic. VIII. §. 3. ad verba: certa constantique Casarea Capitulatione concipienda pag. 966. seqq.* Et in *subjectis Mantissis*, ubi *Mantissa XIX.* exhibet *Capitulations. Project.* wie dasselbe zwischen dem Churfürstlichen und Fürstlichen Collegio An. 1671. verglichen worden.

§. IV. Ad hujus Projecti ductum cum Novissimam Moderni Imperatoris Sacratissimi Capitulationem formaverint Serenissimi Electores, factum est, ut ea ab anteriorum Imperatorum & Regum Romanorum X. Capitulationibus non tantum in articulorum numero, qui in

B

ante-

anterioribus ad XLVII. imo in **Ferdinandi III.**
Imperatoris Capitulatione ultra L. jam excre-
 verat, in hac vero nunc in XXX. decrevit, sed etiam
 in horum locatione, ordine & dispositione longe
 fit diversa. Proinde non inutilem credidi fore
 laborem, si novissimas post Pacem Westphalicam
 publicatas Capitulationes cum dicto perpetuæ Ca-
 pitulationis Concepto conferrem, ut quomodo
 inter se conveniant vel differant, appareat. Eum
 in finem Novissimam **Augustissimi Impera-**
toris Caroli VI. Capitulationem fundamen-
 ti loco posui, ac cujusvis articuli in certa membra
 divisi summam retuli, eique perpetuæ Capitula-
 tionis Projecti differentiam subjunxi, in margine
 autem antecedentium **Gloriosissimorum**
Imperatorum & Regum Romanorum,
Leopoldi, Josephi & Ferdinandi IV.
 Capitulationum loca adduxi parallela. Quod si
 Divinum Numen studiis meis favere non desi-
 nat, laborem hunc, cujus accuratiorem tracta-
 tionem & ætas juvenilis & temporis angustia, alia-
 que impedimenta prohibuerent, aliquando diligen-
 tiori elimabo studio, atque illustriores intextendo
 controversias persequar.

In

In Articulo I.

Promittit Sacratissimus Imperator, se I. ce- Capp. Ferdin-
 tum Christianorum, Sedem Romanam & sum- and. Leop-
 mum Pontificem, atque Ecclesiam Christianam, pold. & Jo-
 ceu supremus illius Defensor & Advocatus, (a) seph. art. 1.
 tuiturum.

II. Nationem Germanicam, Imperium Romanum, E- d. Capp. art. 3.
 lectores, Principes, omnesque Imperii Status, una cum im-
 mediata Imperii Nobilitate, in suis prerogativis, dignitatibus,
 juribus, ac quemvis alium in suo statu, nominatim au-
 tem in Electoribus secularibus Jus primogenituræ, Aurea Bul-
 la stabilitum, factum rectum conservaturum.

III. Nullum Statum Imperii à Sessione & Voto in Comi- Capp. Leo-
 tiis sine Statuum consensu suspensurum vel exclusurum. pold. Joseph.
art. 3.

IV. Neminem, nisi prius immediata, (b) Dignitatis Capp. Ferd.
 convenientia, bona, Princeps nempe Principatum, Comes art. 45. Leop.
 aut Dynasta Comitatum aut Dynastiam, in Imperio acquisive- art. 44. Jo-
 rit, atque certo cuidam Circulo adscriptus decentem in se susce- seph. art. 43.
 perit censum, (c) nec non in illius admissionem pro consequen-
 do voto ac sessione tam Electorale, quam Principale Collegium,
 illudque scamnum, in quo iisdem frui debet, positive consen-

B 2

serit,

(a) Ut passim audit in R. I. de an. 1512. §. 4. R. I. de an. 1518. §. 1. R. I. de an. 1530. §. 9. R. I. Ratisbon. de an. 1541. §. 19. R. I. de an. 1548. §. 6. add. Joh. Phil. Schlevogtii *Disp. de Advocatia Imperat. Ecclesiast.*

(b) Feudalia aut allodialia sint, nihil refert.

(c) Qui in Principibus pro sufficienti agnitus, quando quis tres equites & decem pedites, vel 76. florenos pro simplò ad onera publica conferre promisit, vid. Londorp. *Act. Publ. Tom. VII. lib. 6. pag. 524.* Lunig. *Reichs Archiv. Part. Spec. part. 1. pag. 384. seq. Num. CXLII. & CXLVI.*

ferit, (d) in hoc Collegium pro fruendo Jure Status recepturum.

V. Ut Statibus in ipsorum territoriis, quoad causas tum religionem, tum regimen politicum & justitiæ administrationem concernentes, ullò sub prætextu præjudicium fiat, non permittitur.

d. Cap. art. 3.

VI. Statibus ac Nobilibus Immediatis Imperii Regalia sua, Privilegia, Jura, immunitates, Jurisdictiones, Uniones, Confraternitates, Oppignorationes Imperiales, consuetudines &c. confirmaturum.

Cap. Leop. Joseph. d. art.

VII. Nemini privilegia ulla contra Statuum jura concessurum esse.

Cap. Ferd. Leopold. Joseph. art. 1.

VIII. Hujus articuli membro, quod initio ejus de tutanda Sede Romana cum suo Capite dictum, ab Electoribus Augustanæ Confessionis ita declaratur, quod Ipsi Imperatorem ad id obligare nolint, e contra verò velint,

IX. ut Advocatia & Protectio Ecclesiæ ab Imperatore ita exerceatur, ne per eam Pax Imperii religiosa & profana vel Westphalica violetur, sed ipsis & reliquis fidei suæ affectibus non minus, quam Romano-Catholicis pari jure præstetur, in quod Imperator etiam fidem dedit, (e)

Omissa

(d) Quem consensum necessarium esse, frustra negavit Henr. Hennings *tr. de summa Imp. potestat. circa profana cap. 13. n. 5. contra R. l. noviss. de anno. 1654. §. 197.* Licet autem Civitates Imperiales desideraverint, & sui quoque Collegii consensum ad hoc requirendum esse, quando quis in Collegium Principum pro voto in Scamno Principum vel Comitum nanciscendo cooptari vult, eumque in finem Statibus Superioribus exhibuerint scriptum subtit. *Representation einiger Ursachen/warum bey neuer Admittirung Fürsten / Grafen und Herren ad votum & sessionem in einem Hochlöblichen Fürsten-Rath / auch des Reichs-Städtischen Collegii Concurrenz jedes mahl billig zu erfordern / und diese also von dergleichen Deliberationibus nicht zu excludiren seyen / quod videre est ap. Lunig. N. A. Part. General. Contin. 2te Fortsetzung / pag. 382. non tamen id impetrarunt, vid. Anmerkungen über der Reichs-Städte Representation ap. Eund. d. l. pag. 386.*

(e) De quo vid. Joh. Christ. Muldeneri *Disp. de Advocatia & Protect. ab Imp. Ecclesiis ntriusque relig. in German. aequaliter debitæ.*

Omissa est in Projecto de non restringendo familiarum Electoralium Primogenituræ Jure ex Josephina novissimæ Capitulationi inserta clausula, de qua vide sis Authorem *Mediat. ad Capitulat. Joseph. Art. III. lit. b. pag. 71.*

In Articulo II.

Invictissimus Imperator promittit, se I. pro viribus Imperium cuiturum & aucturum, nec ullum jus hereditarium aut successionem ex jure sanguinis in eo sibi suisque heredibus arrogaturum aut vindicaturum. *Cap. Ferd. Leopold. art. 36. Joseph. art. 35.*

II. Auream Bullam cum extensione ad Electoratum Brunsvicensem facta, Pacem Religiosam & Profanam cum Ordinatione Executionis Anno 1555. confecta, in subsequens Reecessibus Imperii toties confirmata, expolita & aucta, Instrumentum Pacis Westphalicæ (exceptis ob violatam pacem in Gallos exinde redundantibus emolumentis) unâ cum Norimbergenfi Executionis Reecessu, quæque in dictæ Pacis Art. IV. §. 5. & 9. de restitauranda veteri dignitate Electorali Domus Palatinæ, ac translatione Archi-Dapiferarus cum superiori Palatinatu à Wilhelmina in Rudolphinam Lineam; ut & Art. V. §. 2. de speciali observatione termini restitutionis Statuum in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata sunt; & Art VIII. de Juribus Statuum, nec non Art. VII. in favorem & gratiam Reformatorum sancita leguntur, ceterasque Imperii Constitutiones & Leges in Comitibus Imperii tam jam latas, quam adhuc ferendas perpetuo, firmiter & inviolabiliter observaturum, summoque studio curaturum, ne cuiquam in Causis Religiosis contra Instrumentum Pacis, Reecessum Executionis, & pacta cum aliis inita, gravamen ullum inferatur, nec, ut sub quocunque prætextu, directe vel indirecte, sinistra interpretatione in eas peccetur, permitturum. *d. Cap. art. 2.*

III. Imperii Leges Reecessui Imperii de Anno 1555. & Instrumento Pacis Westphalicæ non contrarias renovaturum, *d. Cap. art. 2.*

*Conf. Instr.
Pac. Art.
VIII. §. 2.*

confirmaturum, & cum Comitiali omnium Statuum Imperii consensu casibus contingentibus emendaturum atque mutaturum, neque sine eo novas conditurum.

d. Cap. d. art.

IV. Omnes contra Westphalicam Pacem interpositas Protestationes & ei factas Contradictiones, undecunque provenerint, rejecturum & annullaturum, nec sita à quoquam publicis scriptis impugnetur, id impune dimissurum,

*Capp. Joseph.
d. art.*

V. Nec denique permissurum esse, ut in decernendis processibus, vel censurâ & confiscatione librorum Judicium Aulicum vel Commissarius rei librariæ Francofurti ad Mœnum præfectus unius religionis sociis magis, quam alteri addictis faveat.

Additiones de extensione Auræ Bullæ ad Brunsvicensem Electoratum, annullatione emolumentorum ex Pace Westphalica in Galliam redundantium, translatione antiquorum Palatini Electoratus juri in lineam Rudolphinam, uti & speciales cautelæ de nemine in causis Religionem concernentibus contra Instrumentum Pacis, Norimbergensem Executionis Recessum, atque pacta conventa gravando, nec non de officio Judicii Aulici atque Commissarii rei librariæ præfecti, in Projecto omisæ, provide partim ex rei necessitate noviter, partim autem ex anterioribus Capitulationibus Novissimæ huic sunt insertæ,

In Articulo III.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 46.
Joseph. a. 45.
Capp. Ferd.
art. 40. Leop.
art. 39. Joseph.
art. 38.
Capp. Ferd.
art. 4. Leop.
Joseph. art. 5.
Capp. Ferd.
art. 5. Leop.
Joseph. art. 6.*

Augustissimus Imperator promittit, se I. Electores singulari favore prosequuturum, in arduis Imperii negotiis consilium ac Placitum eorum expetiturum, nec sine eo quicquam acturum, ipsorum dignitates, singularia Jura, præ eminentias ac prærogativas tuiturum, Electoratum Brunsvicensem factum rectum conservaturum, atque Electorum Uniones fraternas, universalem & particularem Rhenanam, salvo Instrumento Pacis, salvisque aliorum Statuum Juribus, confirmaturum.

II. Actum

II. Actum coronationis maturaturum, Transactionemque, inter Moguntinum & Colonienſem Electores, de jure coronandi Anno 1657. initam, confirmaturum.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 37.
Joseph. art. 36.
Capp. Leop. Jo-
seph. dd. art.
Cap. Ferd.
Leop. art. 36.
Joseph. art.
35.*

III. Jus eligendi Regem Romanorum, etiam vivente Imperatore, eoque consentiente vel dissentiente, quoties Imperii necessitas vel utilitas eam electionem suaserit, juxta Conclufum ab Electoribus ac Principibus ad ductum Instrumenti Patris Art. VIII. §. 3. in Comitibus Ratisbon. factum, hic insertum & confirmatum, Electoribus liberum relictum.

IV. Collegiales Electorum Conventus non impedi-

*Capp. Ferd.
art. 5. Leop.
Joseph. art. 6.
Capp. Ferd.
Leop. art. 36.
Joseph. a. 35.
Capp. Ferd.
art. 4. Leop.
Joseph. art. 5.*

turum. V. Vicariorum jura tuiturum, ab ipsis durante Interregno acta confirmaturum.

VI. Exterorum Potentium Principum, ac Liberarum Rerumpublicarum Legatis, ut præcedentiam præ Electorum Legatis in Cæsarea & Regiis Aulis atque Capellis capiant, nulla tenus permiffurum. Coronatis vero Regibus, & illorum viduis Reginis, aut Pupillis Regiis, qui justam ætatem consecuti statim regimen capessere possunt, sicut sponte extra Curiam Imperialem Electores ipſi cedunt, sic &, ut illorum Legati Electoralibus præferantur, se libenter admiffuros declarant; De cetero Legatis Electoralibus non modo prærogativa præ omnium Rerumpublicarum Legatis, nec non Principibus Imperii in persona præsentibus sine discrimine hoc Artic. ab Imperatore confirmatur, sed promittitur quoque, ut si illi primi ordinis h. e. cum caractere repræsentatio missi, quamvis uno plures fuerint, pari cum Regiis honore excipi & tractari debeant, in Aula Cæsaris perinde, ut in potioribus Aulis Europæ. (a)

VII. Comitibus & Baronibus, in Principum Collegio Voto & sessione gaudentibus, immediate post Principes, præ omnibus aliis Comitibus, omni tempore & ubique locorum præcedentiam concessurum.

VIII. Ele-

(a) De quo vid. Pufendorf, in *Histor. Brand.* l. 2, §. 37. lib. 9, §. 23 l. 10. §. 85, add. *Histor. Svec.* lib. 17, §. 57.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 46.
Joseph. a. 45.*

IX. Electorum Subofficiales hereditarios quoad officia sua hereditaria peragenda, & ut in debito honore ac respectu habeantur, contra Officiales suos aulicos protecturum, illisque, etiamsi propter eorum absentiam Officiales aulici vices eorum gesserint, emolumenta ex istis officiis provenientia tradi curaturum.

*Capp. Leop.
art. 46.
Joseph. art. 45.*

IX. Speciatim nec Archi-Mareschallatus Officio, in muneri sui atque Jurium competentium exercitio, v. gr. Ordinationibus politicis atque Taxatoriis publicandis, ab Officio Mareschallatus Aulico, nec huic à Cæsareo provinciali regimine vel alio præjudicium aut impedimentum aliquod inferri permissurum esse.

Capita de titulis *Hochwürdigst & Durchlauchtigst* posthac ab Imperatore Electoribus tribuendis, Electoratu Brunsvicensi, eique juncto Archi-Theaurariatus Officio facto testo conservando, Novissimæ huic demum accedere Capitulationi, (b) Sic & anteriorum Capitulationum dispositioni de Electoralium Legatorum præcedentia clausulam de regiis honoribus iisdem, cum primi Ordinis sunt, sine distinctione concedendis addidere Electores. Comites quoque, ut ubivis locorum immediate post Principes præ omnia aliis præcedentiam habeant, in Novissima demum obtinere.

In Articulo IV.

*Capp. Ferd.
art. 40. Leop.
art. 39. Jo-
seph. art. 38.*

Imperator promittit, se I. in negotiis Imperii, convenienter Instrum. Pac. Westphalicæ Art. VIII. §. 2. Statuum Imperii consensum requisiturum, & ut ipsi in iisdem Jure suffragii sibi competente libere fruantur, omnino permissurum.

*Conf. Project.
Art. XXVI.
Instrum. Pac.
Art. VIII.*

II. Omni studio laboraturum, ut Pax & tranquillitas in Imperio conservetur, nec nisi cum Statuum Comitiali, vel ad mini-

*§. 2.
Capp. Ferd.
art. 11. Leop.
Joseph. art. 13.*

(b) an autem huic in ultimo capite derogaverit Pax Badensis in art. 15, definitur in comitiis.

minimum Electorum consensu, nomine Imperii, bellum suscepturum, sic susceptum etiam observato tenore Constitutionum Imperialium, Ordinationis Executionis & Instrumenti Pacis, gesturum. Quod si autem ipsi Imperatori & Imperio ab alio inferatur bellum, permillum est ipsi cujusvis uti auxilio. (a)

III. Nulla in Statuum territoris sine horum consensu fortalicia extructurum aut restauraturum, Capp. Leop. Joseph. d. 2.

IV. Nec nisi cum Statuum Imperii consensu pacem initurum, (b) art. Capp. Joseph. art. 13.

V. Eandemque super Leges Imperii fundamentales & anteriores Pacificationes (excepto tamen à Protestantibus Pacis Rysvicensis Art. IV.) fundaturum; inprimis autem Pacis Westphalicæ Instrumentum sancte observaturum. Conf. Project. art. XXVII. Cap. Leop. art. 13.

VI. In conscribendo pro exteris milite modum & ea, quæ Leges Imperii jubent, observaturum, & nullum Imperio ejusve Statibus detrimentum fieri curaturum. Capp. Ferd. art. 13. Leop. art. 16. Joseph. art. 15.

VII. Exterorum hospitationes quovis modo impediturum, & Capp. Leop. Joseph. art. 8.

IX. immediatas Imperii terras contra exemptiones aliaque belli incommoda defensurum esse.

In membro secundo limitationem de Electorum consensu in necessitatis casu sufficiente, cui reliqui Status semper con-

C

(a) De hujus membri sensu & intellectu vide sis Auctor. *Meditat. ad Capitular. Joseph. Art. XIII. Conf. Auth. Observ. H. Mens. tom 3. Obs. 8.*

(b) Quomodo Status concurrere queant, an per Specialem Deputationem ex tribus Collegiis Statuum Imp., cum qua ab Imperatoris Plenipotentiariis omnia communicentur in publico Conventu, ubi de Pace Imperii nomine ineunda agitur: an contenti esse cogantur, si Imperator ipsos certiores faciat, quibus conditionibus Pacem pangere velit? videri potest ap. Kulpif. de Legat. Stat. Imp. c. 5. num. 13. pag. 92. Jeh. Petr. Ludewig. de Jure adlegandi Ordin. Imp. c. 1. §. 26. seqq. 34. 38. seqq. Auctor. Med. ad Instrum. Pac. Art. VIII. §. 2. pag. 888.

tradixerant, & omittendam esse urserunt, in Projecto hinc etiam omisſam, ex anterioribus tamen Capitulationibus Noviffimæ quoque addidere Electores, ſicuti è contra verba: *als ſettes Hauſes wegen*: quæ in Projecto leguntur, omiſere. In tertio membro nota clauſulam de Jure munimenta ex truen- di tantum territoriorum Dominis competente; in IV. Articulum de conſenſu Statuum in pace incunda requirendo, Capitulationi Joſephinæ primum inſertum; & in V. reſervationem Proteſtantium quoad Pacem Rysvicenſem noviffimæ acceſſiſſe Capitulationi. De cetero omiſſa ſunt in ea, quæ de non le- gendo milite, nec extranco exercitu in Imperium, aut Im- periali extra illud ducendo, nec denique metatis in Imperio ſi- ne Statuum conſenſu exercendis, iisdemque vel aliis belli in- commodis Imperii Status non onerandis, Projecti Art. IV. ex Capp. Ferd. art. 11. 13. Leop. art. 13. 16. Joſeph. art. 13. 15. cla- rioribus & magis expreſſis verbis inſerta leguntur.

In Articulo V.

*Capp. Ferd.
art. 14. Leop.
art. 17. Jo-
ſeph. art. 16.*

Imperator promittit, ſe I. Collectas Imperii aliaque one- ra non aliter niſi cum Statuum Imperii conſenſu in Uni- verſalibus Comitiiſ indicturum, de iisque rationes reddi- turum.

d. Capp. Ad. a.

II. Sine eorundem conſenſu exemptiones atque modera- tiones nullas conſeſſurum aut permiſſurum.

*Cap. Joſeph.
art. 12. vid.
Capp. Ferd.
art. 9. Leop.
art. 12.*

III. Punctum redintegrationis Circulorum, moderatio- nis & peræquationis Matriculæ omnibus viribus promoturum.
IV. Quemvis Statum ad illius, quod ſolvere debet, præ- ſtationem compulſurum, atque contra contumaces juxta Or- dinationem Executionis proceſſurum eſſe.

Membri primi principium de Statibus impenſis minus neceſſariis non gravandis, & IV. membrum de puncto redinte- grationis &c. in hoc Projecti articulo omiſſa ſunt.

In

In Articulo VI.

PRomittit Imperator, se, I. ut talem nulla cum aliis, in Cap. Ferd. art. 7. Leop. Joseph. art. 20. aut extra Imperium, in Imperii causis, nisi cum Statuum Comitiali, vel si salus & utilitas publica majorem celeritatem requirat, ad minimum Electorum in Collegiali conventu ob- tento consensu, foedera (a) initurum esse.

II. At in causis proprias terras concernentibus Ipsi, Cap. Leop. Joseph. ad. art. uti &

III. reliquis Imperii Statibus Jus foedera, non saltem in- ter se, sed & cum exteris ineundi, modo Imperio innoxia sint, & Imperator cum Imperio in iis excipiatur, seu contrahan- tur modo Instrumento Pacis Art. VIII. §. 2. convenienti, li- berum reliquitur. (b) Cap. Joseph. d. art.

Limitatio membri I. Electorum consensum in necessitatis casu sufficientem esse declarans, & clausula de auxiliis ab exte- ris citra imperii praerudicium petendis in Projecto omiffae sunt.

In Articulo VII.

Imperator promittit, se I. Ordinationes politicas observa- turum & commercia quovis modo promoturum. Cap. Joseph. art. 19.

II. Magnas mercatorum societates Imperii incolis noxias, quibus scopus Propolii & monopolii exercendi propositus est, (a) cum Statuum consilio coerciturum. Cap. Ferd. art. 18. Leop. art. 20. Jo- seph. art. 19.

C 2

III. Nemi-

(a) Sive defensiva sive offensiva fuerint, juxta Limn. ad Capit. Ca- roli V. Art. VII. Auth. Medicat. ad Instrument. Pac. Art. VIII. §. 2. pag. 892. Dissert. H. Henning, de Summ. Imper. potestat. circa prophana cap. 18. num. 3.

(b) Author Medit. ad Instrum. Pac. cit. loc. pag. 895. seq. Obrecht. de foeder. Stat. Imp. th. 22. seq. Jac. Brunneemann. de foeder. Stat. cum exteris th. 14. seqq.

(2) Quas inter Foedus Hanseaticum referri, & hinc prohibitum intelligi nequit. Knipschilt. de Jur. Civitat. Imper. lib. 1. c. 4. n. 25. Carpzov. de Leg. Reg. German. cap. 6. Sect. 10. n. 10. seqq.

III. Nemini monopoliorum (b) privilegia concessu-
rum.

*Capp. Leop.
Joseph. del. art.*

IV. Quod si in vicinis regionibus merces in Imperio fa-
ctæ prohibeantur, lenioribus remediis frustra prius tentatis,
repressalias adhibiturum esse.

In Projecto non adeo clavis & expressis verbis articulus
hic conceptus est.

In Articulo VII.

*Capp. Ferd.
art. 19. Leop.
art. 21. Jo-
seph. art. 20.*

Promittit Imperator, se I. sine unanimi omnium &
singulorum Electorum consensu, non attentis majori-
bus, & vicinis prius haud auditis, vectigalia nulla de novo
concessurum, nec vetera aucturum vel prorogaturum.

*Capp. Ferd.
art. 19. 21.
Leop. a. 21. 23.
Joseph. art.
20. 22.*

II. Nulli ea de re supplicantium promotoriales ad Ele-
ctores daturum literas, sed eos, ut Collegialem Electorum
conventum expectent, moniturum.

*Capp. Leop. a.
21. Joseph.
art. 20.*

III. Vectigalibus concedendis nullum anterioribus alio-
rum Statuum vectigalibus præjudicium fieri curaturum.

*Capp. Ferd. a.
22. Leop. a. 23.
Joseph. a. 22.
Capp. Joseph.
d. art.*

IV. Insolitas exactiones, variis titulis coloratas, in navi-
gabilibus fluminibus non permitturum.

*Capp. Ferd.
art. 23. Leop.
art. 21. Jos.
art. 20.*

V. Quod si fluvius in Rhenum se exonerans navigabilis
reddi queat, ut id institutum aedificiis desuper extructis impe-
diant Status adficti, non permitturum.

VI. Vectigalia absque Imperatorum & Electoralis Colle-
gii consensu proprio arbitrio instituta vel aucta annullaturum
& cassaturum, eosque, qui id sibi sumserint, per Mandata sine
clausula, aliave juris remedia ad ea abolienda compulsurum.

VII. Nec

(b) Ceu quæ sub pœna exilii & publicationis bonorum prohibita.
*l. un. C. d. monopol. R. I. Spir. de Ann. 1526. § 26. R. I. Spir. de
Ann. 1529. § 34. Ref. Polit. de Ann. 1548 tit. 8. Ref. Polit. de An.
1577. tit. 18. add. tamen Grot. lib. 2. c. 12. num. 16.*

VII. Nec immediatis, mediatisve permissurum, ut importandas, exeuntes aut transeuntes merces, frumenta, vina &c. novo vestigali, sub accisiarum, stationis seu juris fori, stapulæ, nummorum centenariorum, aliorumque similium onerum nomine aggravent; atque in transgressores rigorosè animadversurum, suoque fiscali Cæsareo, ut contra eos seriò agat, imperaturum.

*Capp. Ferd.
art. 20. Leop.
art. 22. Jos.
art. 21.*

VIII. Statibus se atque suos à talibus oneribus quovis modo liberandi & eximendi arbitrium permissurum.

d. Capp. dd. a.

IX. Similiter abusum Juris Stapulæ, vel similes injustas usurpationes annullaturum, nec, ut commercia iis impediatur, permissurum, nec de novo ea sine Electoralis Collegii assensu concessurum, atque hinc injustis horum usurpationibus sese quocunque modo proprio ausu eximendi gravatis liberum relicturum.

*Capp. Ferd.
art. 19. Leop.
art. 21. Jos.
art. 20.*

X. Hisce tamen legitimis Statuum vestigalibus nullum fieri præjudicium curaturum.

d. Capp. dd. a.

XI. Cum Electores aliique Imperii Status in suis legitime acquisitis Vestigalibus hætenus multis magnisque concessis immunitatibus per promotoriales, exemptionis mandata & indulta privilegia prægravati fuerint, in posterum nulla talia immunitatum & exemptionum privilegia amplius in ipsorum præjudicium concessurum, sed hucusque sine Electoralis Collegii consensu concessa revocaturum ac annullaturum.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 25.
Joseph. a. 24.*

XII. Electores, eorumque Consiliarios, Legatos, ministros, subditos &c. in exemptione & immunitate à vestigalibus Statuum cum Electorum consensu imperatis, cum istis sub ea conditione gaudeant, tuiturum; eosque Status ad reversales literas Electoribus tradendas adacturum.

*Capp. Ferd. a.
21. Leop. art.
23. Joseph. a.
22.*

XIII. Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, eorumque Legatis ad Comitia Imperii Universalia vel Particularia tendentibus, vel ab illis redeuntibus, aut in iis subsistentibus, tam ratione mobilium quam consumptibilium ac victualium



lium indultam immunitatem ab omnibus vectigalibus & acci-
sionibus, iis sarram rectam conservaturum esse.

Membrum V. & XII. in Projecto omissa fuere.

In Articulo IX.

*Capp. Ferd.
art. 34. Leop.
art. 33. Jos.
art. 32.*

*R. l. de Anno
1570. §. 133.
R. l. de Anno
1603. §. 14.
55. 56.*

Promittit Imperator, se I. rei monetariæ defectus & vi-
tia (a) cum Statuum consilio pro viribus emendaturum.

II. Eum in finem, quæ in Comitibus de An. 1570. & 1603.
atque ea infectis de monetæ conformitate in primis conven-
ta fuere, sancte observaturum.

III. Per Circulorum Directores clancularias monetarum
officinas disturbaturum, atque in contravenientes graviter
animadversurum.

V. Ea quoque, quæ in futuris Comitibus de ejus generis
confusionibus & defectibus corrigendis decreta fuerint, ad ef-
fectum serio deducturum.

*Capp. Ferd. a.
35. Leop. art.
34. Jos. a. 33.*

V. Nemini, nisi Circulus, cui adscriptus est eo privilegio
condecorandus, prius auditus fuerit, & Electorum consensus
acceserit, Jus monetam cudendi aut officinas monetales eri-
gendi concessurum.

VI. Contra eos, qui concessio ipsis regali monetæ jure ad-
versus Constitutionum Imperii tenorem abusi, vel per alios id
fieri passi fuere, & ea propter eo absque ulteriori cognitione
indignos se reddidere, nec non eos, qui istud jus absque prævia
Impe-

(a) Quæ non ex saluberrimarum Legum defectu, sed ex earun-
dem neglectu proveniunt, quippe quarum tanta est copia, ut
singuli fere superioris seculi Recessus Imperii repleti sint iis-
dem, omnibusque malis medendis sufficerent, si observaren-
tur, sed sequior illarum observantia tot generat querelas, quæ
ab universis & singulis Imperii membris de corrupto rei moneta-
riæ statu funduntur, varique generis protrudit & causatur
monetæ vitia, de quibus vid. Honoratiss. Dn, AVUS in *Introd.
in Jus Publ. Part. Special. Sect. L. c. 25. §. 8.*

Imperatorum cum Electorum consensu facta concessione vel alio legitimo modo acquisitum usurpant, rite processurum, præter privationem Regalis hujus eos à Sessione & Voto suspensurum, atque sine Comitiali Statuum consensu & satisfactione præstita non restitutum.

VII. Mediatis, qui concessio iis monetandi Jure abusi, illud à territorialibus suis Dominis profus adimi, nec in posterum restitui curaturum.

VIII. Statibus mediatis hoc atque alia majoris momenti Privilegia absque Electorum consensu & Circuli, in quo ipsi degunt, suffragio non esse concessurum.

Suspensionis à Voto & Sessione pœna in Novissima demum sancita est Capitulatione.

In Articulo X.

Promittit Imperator, se I. sine omnium Imperii Statuum consensu nil quicquam de bonis Imperii alienaturum, vel ullo modo oneraturum; sed

*Capp. Ferd.
art. 9 & 10.
Leop. Jos. art.
12.*

II. Potius alienata seu amissa, & ab aliis injuste detenta recuperaturum, & ad Imperium reducturum.

III. In feuda ad Imperium pertinentia, & in Italia aliisque terris alienata inquisitionum.

IV. Omnia hæc ex Statuum consilio & cum illorum assistentia expediturum.

V. Equestri S. Johannis Ordini, in recuperandis intra vel extra Imperium injuste ereptis bonis auxiliatricem manum porrecturum.

VI. Quod si ipse quicquam ad Imperium pertinens sine justo titulo possideat, ad Electorum instantiam absque mora id restitutum.

VII. Jura & Feuda Imperii, inprimis ea quoque, quæ in Italia sita sunt, conservaturum, atque renovari curaturum; feuda atque Vasallos Imperii contra vim injustam defensurum; feudo-

*Capp. Ferd.
Leop. art. 31.
Jos. art. 30.*

feudorum ad se pertinentium investituram petitorum, vel ea propter Electoribus literas reversales traditurum. Nec

VIII. Denique quempiam immodicis onerari tributis permitturum esse,

Bonorum in Helvetia sitorum, ut & eorum, quæ Ordini Teutonico adempta ab aliis detinentur, facta in Projecto mentio omiſſa est in Capitulatione novissima. Forte tamen sub generalibus verbis: **und sonst:** ex anterioribus Capitulationibus Novissimæ insertis & ea comprehenduntur. Nota etiam ſis, noviter demum accessisse repetitam clausulam, de nemine immodicis onerando tributis, de qua vid. Author. *der gegenwärtigen Verfassung der Kaysrl. Regierung in Teutschland ad h. art. lit. l.*

In Articulo XI.

*Capp. Ferd.
art. 40. Leop.
art. 39. Jos.
art. 38.*

Sacratissimus Imperator promittit, se I. Statibus & Vassallis Imperii feudorum suorum Imperialium investuras sine ulla contradictione collaturum, & Investiturarum literas secundum veterum tenorem tradi curaturum.

II. Nec illas ob antiquorum pactorum familiæ editionem, vel ob illiquidam taxam retardaturum, nec formulam Juramenti feudalis ad suam extensurum familiam.

III. Feudalibus heredibus in minorenni constitutis ætate, curatores eorum ad petendam renovationem investituræ & præstationem juramenti fidelitatis admissurum, nec eos post majorem ætatem denuo ad renovationem investituræ petendam, juramentum fidelitatis præstandum, atque novam taxam solvendam adacturum; Nec etiam literas investiturarum & expectatarum de feudis Imperii in alia quam Cancellaria Imperii expediri curaturum, atque expectativas in anteriorum legitime impetratarum præjudicium extensas, annullaturum.

*Capp. Leop.
art. 30.
Joseph. art. 29.*

IV. Aper-

IV. Aperta Imperio feuda sine consensu tum Electoralis, tum maxime istius Collegii, cui ultimus possessor adscriptus erat, nemini denuo concessurum, nec de iis Expectativas daturum, sed ea ad sustentationem Imperii & Caesarum reservaturum;

*Capp. Ferd.
Leop. art. 30.
Joseph. a. 29.*

V. Salvis tamen juribus Imperatori in provinciis suis hereditariis, aut cuivis alii competentibus.

VI. Bona ad se devoluta, vel in futurum titulo hereditario vel alio obventura Imperio oneribus & tributis obnoxia, ab iis nequiquam redditurum immunia, eorumque Jura in Ecclesiasticis atque Politicis causis facta recta conservaturum.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 32.
Joseph. a. 32.*

VII. Collectas Imperiales Civitatum, pro immediata Imperii subjectione pendi solitas, similesque redditus, qui in privatorum pervenire manus, Imperio restitui curaturum.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 29.
Joseph. art. 28.*

VIII. In arduis ipsum Imperium concernentibus negotiis Electorum, imo pro re nata Principum & Statuum consensum requisiturum esse.

*Capp. Ferd.
art. 40. Leop.
art. 39. Joseph.
art. 38.*

In membro II. clausula, quod pactorum familiae legitime conventorum valori investiturae nil detrahere debeant, noviter demum accessit. In membro VII. mutationem quandam quoad terminum designationis dictorum reddituum faciendae, atque novissimam clausulae de requirendo in posterum omnium Statuum consensu adjectionem videre licet. Sic & membrum VIII. ex parte supra jam Art. III. m. i. expressum huc integrum translatum reperies.

In Articulo XII.

Imperator promittit, se I. redintegrationem Circularum Imperii promoturum, horumque Directorum & aliorum officialium auctoritati nil detracturum, sed eam potius stabiliturum.

*Conf. supra
Art. V. m. 3.
Capp. Leopold.
Joseph. art. 12.*

II. Ordinationem Executionis in suo vigore relicturum.

D

III, Or-

III. Ordinariam Imperii Deputationem in statu suo atque Juribus conservaturum esse.

Reservatio Cæsareæ authoritatis in Deputationum Conventibus ex monitis Civitatenſibus inserta est.

In Articulo XIII.

*Cap. Ferd.
art. 14. Leop.
art. 17. Jo-
seph. art. 16.*

Imperator promittit, se I. cessaturis aliquando his Comitibus ad minimum quolibet decennio, & aliàs, quoties salus, securitas & utilitas Imperii aut quorundam Circulorum id postulaverit, cum Electorum consensu Comitia indicturum.

II. Ante illorum indicationem de loco & tempore cum Electoribus communicaturum.

III. Propositionem Cæsaream ultra 14. diès, à termino cœpti Conventus numerandas, non protracturum, & curaturum, ut Statuum Consultationes maturentur.

IV. Ad Placita Statuum suam resolutionem celerrime daturum.

V. Non ægre laturum, si Mogustinus Elector Statuum querelas, etsi Imperatoris Consiliarios & Ministros concernant, ad consultandum in Collegiis proponat, & Dictaturæ committat.

VI. Jura Archi-Cancellariatus & Directorii Imperialis quovis modo intacta relicturum.

*Cap. Leop. Jo-
seph. art. 6.*

VII. Nec denique Statuum Imperii Collegiales vel Circulares conventus unquam impediturum esse.

In Articulo XIV.

*Cap. Ferd.
art. 16. 17.
Leop. art. 19.
Joseph, a. 18.*

Promittit Imperator, se I. apud Pontificem, ne contra Concordata Nationis Germanicæ, ut vocantur, &

II. Specialia Privilegia, statuta & consuetudines Archi-Episcoporum, Episcoporum atque Capitulorum quicquam in posterum ab eo suscipiatur, nec

III.

III. Imperii Archi-Episcopi & Episcopi à subditis suis delati, inauditi, Monitoriis, Interdictis, comminationibus vel declarationibus censurarum graventur, omne studium collocaturum.

IV. Nunquam impune laturum, si causæ civiles ad Nuncios Apostolicos vel Curiam Romanam pertrahantur, atque

Rec. Imp. Anno 1654. §. 164.

V. Ut causæ seculares ab ecclesiasticis juridice distinguantur, & casus dubii per amicabilem transactionem decidantur, operam daturum esse. Ita tamen

VI. Articulus hicce accipiendus est, ne ejus dispositio in præjudicium Augustanæ Confessioni addictorum, Reformatis inclusis, detorqueatur.

In Articulo XV.

Imperator promittit, se I. mediatos Imperii & Statuum subditos protecturum, ad debitum territorialibus suis Dominis præstandum obsequium impulsurum, nec

II. Ab eorum jurisdictione, collectis, decimis & reliquis oneribus sub ullo prætextu vel colore exempturum.

Capp. Ferdinand. Leopold. & Joseph. art. 3.

III. Non permissurum, ut status provinciales, Dominis territorialibus exclusis, tributorum dispositionem privativè sibi sumant, vel conventus sine præcitu & consensu Dominorum territorii instituant, atque sumtus fortalitorum præfidiis atque conservationi, nec non Camerae Imperialis sustentationi destinatos, declinent.

R. I. de An. 1654. §. 180.

IV. Quod si ipsi vel subditi adversus hæc in Judicio Aulico querelas movere audeant, eos non facile auditorum, sed à judicii limine repulsurum, & ad debitam territorialibus Dominis partitionem hortaturum.

V. Privilegia contra hancce dispositionem sub- & obreptitiè impetrata, & Processus atque Mandata in Judicio Aulico vel Camerali decreta annullaturum.

D 2

VI. Illicitas

*Capp. Ferd.
art. 6. Leop.
Joseph. art. 7.*

VI. Illicitas confederationes, factiones & conjurationes subjectorum contra superiores dissipatum.

VII. Statibus, ut Jura sua territorialia contra subditos defendant, illosque vicinorum auxilio suffulti compeſcant, permiſſurum, & de cetero

VIII. ut lites coram judiciis pendentes celerrime decidentur, curaturum eſſe.

Membrum III. IV. & V. in Projecto omiſſa ſunt.

In Articulo XVI.

*Capp. Ferd.
Leop. Joseph.
art. 1.*

Promittit Imperator, ſe I. pacem & concordiam in Imperio Romano culturum, juſtitiam omnibus, ſine perſonarum, dignitatum, religionum &c. reſpectu & discrimine, etiam in propriis, ſe ipſum ac Domum ſuam ſeu intereſſe ipſius concernentibus cauſis, æqualiter adminiſtraturum.

*Capp. Ferd.
art. 15. Leop.
art. 18. Jo-
ſeph. art. 17.*

II. Status, eorumque ſubditos extra limites Imperii Germanici in Jus, vel ad recipiendam feudorum inveſtituram haud vocaturum.

III. Nullum antiquorum judiciorum Imperii, abſque Statuum conſenſu, aboliturum aut loco moturum, nec novum erecturum.

IV. Ut in Camerali æque ac Aulico Judicio, ſecundum Inſtrumenti Pacis tenorem, ſine partium ſtudio juſtitia adminiſtretur, & ut in cauſis hic vel illic pendentibus Status unus alterum reſſaliis, arreſtis &c. haud prægravet, ſtrenuè curaturum.

V. Iſtorum Imperii judiciorum proceſſum nulla ratione ſufflaminaturum aut præpediturum, nec uni ab altero ullum præjudicium inferri, vel Proceſſus avocari, multo minus à Judicio Aulico ſuper ſententiis & judicatis Cameræ cognoſci, nec Judicio Aulico vel Camerali ullum impedimentum fieri, permiſſurum, ſpeciatiim verò Cameralis judicii jura, Jurisdictionem

nem & Legibus conformem consistentiam contra quosvis summa vi ac potestate defensorum atque conservatorum esse.

VI. Promittit porro **Sacratissimus Imperator**, se Capp. Ferd. art. 38. 39. Leop. art. 28. Joseph. art. 37. contra hanc Capitulationem, Pacem Profanam & Religiosam, & quascunque alias Imperii Leges, jam latas vel adhuc Statuum Imperii consensu ferendas, nullum Rescriptum, Mandatum vel simile quid emissurum ac decreturum,

VII. Nec quicquam à quocunque impetraturum, quod Libertati Imperii dictisque Legibus advesetur, proprio vero motu datis minime usurum, cassatis & annullatis omnibus hujus generis contra easdem obrentis & obtinendis, & si necesse fuerit, parti oneratae literas reversales non denegaturum.

VIII. (a) Ut alii Caesarei ministri & Consiliarii Judicium Capp. Ferd. art. 43. Leop. art. 42. Joseph. a. 41. Aulicum, causis coram eo pendentibus sese immiscendo & in cognoscendo vel judicando modum praescribendo, turbent, neutrquam permissurum, sed si quid contra hoc tentatum vel susceptum fuerit, ipso facto annullaturum, & Inelyti Judicii auctoritatem potentissime sustentaturum; Relationes cum voto ad se factas in causis arduis in praesentia Praesidis, Vice-Cancellarii & Assessorum utriusque religionis, praesertim cum causa illa inter partes diversae religionis versantur, Ipsum exaudirurum, nec in alio Consilio eos ad exitum perducturum; neque passurum, ut super iis, quae in contradictorio judicio cum debita causa cognitione in Judicio Aulico vel Camerali rite peracta sunt, denuò, excepto, si decenter petita & admissa sit Revisio vel Supplicatio, cognoscatur.

IX. Pendentes in Camerali Judicio causas ab Aulico avocari nullo modo permissurum. Ord. Cam. p. 2. tit. 35. Ord. Jul.

D 3

X. Im. Aul. tit. 2. §. 7. R. Invo. de Anno 1654. §. 106. I.P. 17. art. V. §. 36.

(a) Ord. Jud. Aul. t. 5. §. 18. Kayfers Ferdinandi III. Declaration, wies ins künfftig bey Dero Reichs-Hof-Rath zu halten / auf Verantassung des Chur- Fürstlichen Collegii de Anno 1637. apud Lunig. N. A. Part. Gener. pag. 116. vers. zum vierdten Sc. Uffenbach, de Jud. Aul. c. 17. Sect. 2.

X. Imperii placitum de emendanda Judicii Aulici Ordinatione requisiturum, ejusque emendationem pro viribus promoturum esse.

Membri IV. additio de statu quoque in causis coram iudice pendentibus, ab alio non gravando, monitis Civitaten-sibus originem debet. Sic & clausulæ membri V. de non inferendis sibi invicem à summis judiciis præjudiciis, & speciatim de processibus ab altero non avocandis, nec sententiis Cameralibus à Judiciis Aulicis cognoscendis, atque de Judiciis Cameralibus contra quosvis defendendo; membri VI. de abolendis Ordinationi Judicii Aulici adversis contraventionibus; & ultimi, de emendando illo iudicio & ejus ordinatione noviter accessere; quid autem in hoc ultimo puncto jam tum factum, videre licet in *der Europaisch. Staats. Cansley Part. XXIV. cap. 13.*

In Articulo XVII.

*Capp. Ferd.
art. 43. Leop.
art. 42. Jos.
art. 41.*

Imperator promittit, se I. definitivas Aulici vel Cameralis Judicii sententias sine mora, secundum horum iudiciorum atque Executionis Ordinationes, executurum, & executionem, in quantum potest, acceleraturum.

II. Beneficio Revisionis & Supplicationis, gravatis competentem, suspensivum effectum non concessurum, Revisionesque congruis mandatis, Revisoribus insinuandis, pro viribus promoturum.

III. Status Imperii, in causis præviam causæ cognitionem requirentibus, Decretis à Consilio Secretiori gravari non permissurum.

IV. Res Imperii iudicatas contra omnem exterorum vim ac conatus efficaciter defensurum, nec concessurum, ut illi usdem se immisceant aut opponant.

*vid. Capp.
art. 14. Leop.
art. 17. Jos.
art. 16.*

V. In summis hæc Imperii iudicium neminem sportulis & taxa Cancellariæ prægravaturum.

VI. Nec

VI. Nec taxam feudalem duplicaturum.
VII. Nec laudemis coinvestitos gravaturum esse.
Repetita dispositio membri III. in Projecto omissa est.

In Articulo XVIII.

Promittit Imperator, se I. exemptionem à summis Imperii judiciis non permissurum, nisi quis eam pactis cum Imperio conventis, aut Privilegiis, aliisve legitimis titulis ab Imperatoribus impetraverit, atque possideat.

II. Status Imperii horumque subditos extra forum competens in jus non vocaturum, sed ipsorum Privilegia de non appellando & de non evocando, electionis fori, Austregarum, & primæ instantiæ facta tecta conservaturum, neminem contra illa gravari permissurum, omnesque iis adversas Conventiones cassaturum.

*Capp. Ferd.
art. 15. Leop.
art. 18. Jos.
art. 27.*

III. In decernendis Commissionibus Instrumenti Pacis Westphalicæ præscriptum secuturum.

IV. Privilegia de non appellando & similia parcius in posterum concessurum.

V. Rothwilensis, Weingartensis aliorumque provincialium in Suevia judiciorum abusus aboliturum; casuum reservatorum extensionem nullatenus permissurum; appellationes ab illis ad Aulam Cæsaream vel Cameram Imperialem non impediturum; &

VI. Competentia contra ea Statibus Exemptionis privilegia in suo vigore conservaturum esse.

Membri II. clausula de dispositione Instrumenti Pacis in decernendis Commissionibus sancte observanda, ut & ultima de Judiciis Rothwilensi &c. membra in Projecto omissa sunt.

In Articulo XIX.

Promittit Imperator, se I. Statibus Imperii bona injusta vi crepta, &

*Capp. Ferd.
art. 8. Leop.
Joseph. art. 22.*

II. post



II. post Westphalicam Pacem nondum restituta, sine religionis discrimine restitui, effecturum, &

III. restitutos absque ulla exceptione defenfurum.

IV. Immediatis Statibus aequae ac subditis sine partium studio justitiam administraturum.

V. In illegitimorum vectigalium, onerum atque attentatorum favorem nullos processus aut mandata decreturum.

*Capp. Leopold.
art. 18. 10.
se. h. art. 17.
vid. supr. Art.
XV. m. 4.*

VI. Nec in posterum in causis territorialia jura Statuum Imperii concernentibus, ad nudam subditorum instantiam, Dominis prius non auditis, mandata cum & sine clausula aut Profectoria concessurum.

VII. De multis solvendis, illis, quibus causae cognitio competit, aut commissio mandata est, nullam partem promissurum esse.

Membri VI. clausula, quod mandatis illegitime decretis Status impune partitionem denegare possint, in Projecto omiffa est, sicuti è contra in eo dispositionem, in Novissimae Capitulationis Art. XV. m. 3. relatam, hic positam reperies.

In Articulo XX.

*vid. Capp.
Ferd. art. 27.
Leop. art. 28.
Joseph. art. 27.*

Imperator promittit, se I. in posterum neminem ex Statibus vel aliis, sine universorum Statuum consensu, inauditum, & absque justa causa, in Bannum Imperii, declaraturum, sed processum secundum Constitutiones Imperii, & hunc inprimis Articulum instituturum, quo modus procedendi jam ita determinatus, ut, causam, in qua ad bannum vel privationem jurium & bonorum agitur, in Camera vel Judicio Aulico ad conclusionem usque perductam, Acta integra ad Comitiam remittantur, ibique certis ex tribus Imperii Collegiis pari numero ex utraque religione delectis & conjuratis Statibus examinanda committantur, qui universis Electoribus, Principibus & Statibus inde referant, à quibus deinde Sententia definitiva concipiatur, quae ab Imperatore approbata, ejus nomine publicata,

cx

ex præscripto Ordinationis executionis à Directore vel Duce Circuli, cujus membrum bannitus est, executioni mandetur.

II. Quæ autem bona immediata bannitis fuerint adempta, Ipsum nec sibi, nec Domui suæ addicturum, sed Imperio reservaturum, ante omnia vero parti lætæ inde damna illata resarciturum, feuda autem mediata Dominorum arbitrio relicturum.

III. Agnatis bannitorum, qui criminis non participes, sententiam banni omnino innoxiam esse debere in jure succedendi in bonis feudalibus & fideicommissis familiaræ affectis. Violenter etiam destitutis aut possessionibus suis spoliatis restitutionem sine morâ, haud expectato sine Processus, concedendam, & nisi hæc omnia & singula exacte observentur, executionem declarationis in pœnam banni pro ipso Jure nulla habendam esse vult **Sacratissimus Imperator**, qui & porro pollicetur

IV. Se bannum contumaciæ prorsus aboliturum, & in civilibus causis civilia tantum coercendi & compellendi media adhiberi curaturum.

V. In mutationes, quæ circa commissa bona & feuda Imperii contigerunt, penitus inquisiturum, & cum Electorum consilio secundum Jura & Constitutiones Imperii provisorum esse.

Articuli hujus membra priora ex Constitutione III. de modo declarandi Statum Imperii in bannum, Projecto appendicis loco adjecta, & futuro Imperii Recessui inserenda, desumpta sunt. At ultimum membrum plane nova est additio.

In Articulo XXI.

Imperator promittit, se I. Statibus Imperii de feudis, à *Vassallis* eorundem ex lætæ majestatis crimine vel alio delicto commissis, liberum disponendi arbitrium relicturum, nec feuda à suo vindicaturum.

E

II. Idem

vid. R. I. de Anno 1654. §. 36.

Capp. Ferd. Leop. art. 27. Joseph. a. 26.

*Capp. Ferd.
art. 12. Leop.
art. 15. Jo-
seph. art. 14.*

II. Idem pariter in allodialibus bonis observaturum.
III. Status Imperii nequitiam oppressurum, vel vim injustam ipsis illaturum, nec id quoque ab aliis fieri, permissurum. Sed

IV. Ad præcavendas turbas, prætensiones & controversias coram competente iudice, secundum Imperii Constitutiones, decidi curaturum. Nec

V. Status, viam Juris admittentes per spolia, deprædationes, vel alio modo, damnificari aut molestari concessurum esse,

In Articulo XXII.

*Capp. Ferd.
art. 45. Leop.
art. 44. Jo-
seph. art. 43.*

Imperator promittit, se I. novas Dignitates Principum, Comitum, aliasve, non nisi bene de republica meritis, in Imperio degentibus, & bona dignitati sustinendæ sufficientia habentibus, collaturum.

*Conf. Supr.
Art. 1. m. 4.*

II. Ejusmodi noviter creatis Principibus, Comitibus aut Dynastis, ut in Principum Senatum aut Comitum Collegia recipiantur, Votoque & Sessione in Comitibus inter eos, antequam bona, dignitari convenientia, immediateque Imperio subiecta, acquisiverint, potiantur, nulla Decreta concessurum. (a)

III. Nullum eorum in præjudicium antiquæ cujusdam familiaræ novis prædicatis, majoribus titulis vel insigniis ornaturum.

IV. Nec permissurum, ut novam istam dignitatem Landfassi in præjudicium Territorialis Juris allegent, & bona sua mediata (b) ab eo eximant; in hoc gravatos sufficienter auditurum, & concessiones injuste obtentas aboliturum.

V. Cu-

(a) Hoc Novissimæ Capitulationis membrum ex ejusdem Articulo I. & anterioribus Capitulationibus supplendum est; vide *Author. der gegenwärt. Verfass. der Kayserl. Regier. in Teutschl. adh. art. lit. b.*

(b) An & in personalibus Territoriali Jurisdictioni subiecti maneat Landfassi, inter Procures Imperii cooptati, graviter disceptatur. vid. *d. Author, adh. art. lit. c.* qui affirmantium sententiæ adstipulatur.

V. Curaturum, ut Rescripta gratiæ & similia, inprimis autem Diplomata Dignitatum & Privilegiorum, sub Regis aut Imperatoris Romanorum nomine concessa, non nisi in Cancellaria Imperii, submota Bohemica & Archi-Ducali, expediantur;

*Capp. Ferd.
art. 44. Leop.
Joseph. dd. art.*

VI. In alia autem factæ expeditiones ipso Jure nullæ sint, & Impetrantibus, antequam in Imperii Cancellaria, præstita decenti taxa, legitime confirmatæ fuerint, in Imperio prædicata ista neutiquam tribuantur;

VII. Diplomatum è contra rite expeditorum intimatiorem reliquæ Cancellariæ absque ullius taxæ vel Cancellariæ Jurium exactiõne recipiant, & impetranti honoris titulum concessum, sub pœna in diplomate sancita, tribuant.

IX. Operam daturum, ne Taxæ & Cancellariæ Jura, utpote ad Officialium Cancellariæ sustentationem destinata, ulli vel in totum vel pro parte remittantur.

*Capp. Leop.
art. 45.
Joseph. art.
44.*

IX. Diplomata, nisi intra trimestre spatium ex Cancellaria Imperii redimantur, cassaturum, &

X. per suos fiscales in illos, qui majores dignitates, non legitime collatas, injuste usurpant, serio animadversurum esse.

Clausulæ membri IV. de restituendis per novas istas dignitatum concessiones gravatis, & membri V. de Palatinaum abusus coërcendis noviter accessere.

In Articulo XXIII.

Imperator promittit, se I. aulam suam Cæsaream intra Imperii fines habiturum, nisi temporum conditio aliud requirat.

II. Status Imperii, comprehensa immediata Imperii nobilitate, (a) eorumque Legatos, absque mora, ad audientiam admissurum & expeditorum.

*Capp. Ferd.
Leop. art. 39.
Joseph. art. 38.*

E 2 III. In

(a) Vocem *Abgeordnete* in Novissima expressam, neutiquam distinctionis ergo positam esse, ut quidem Author *der gegenwärt.*

Capp. Ferd.
a. 42. Leop.
art. 43. Jo.
art. 42.
Capp. Ferd.
art. 41. Leop.
art. 40.
Joseph art. 39.

III. In scriptis & negotiis Imperii non nisi Linguâ Latinâ vel Germanicâ usurum.

IV. Officia Imperii & Aulica non nisi natione Germanis, vel ad minimum Imperii Vasallis, dignitate Illustribus, in Imperio bona possidentibus, & statûs Imperii probè gnaris collaturum, illaque in suis Juribus conservaturum, nec permissurum, ut ipsorum prerogativis & emolumentis, quid detratur.

In Articulo XXIV.

Capp. Ferd.
art. 47. Leop.
art. 40. Jos.
art. 39.
Instr. Pac.
Art. V. §. 54.

Imperator promittit, se I. in numerum Assessorum Judicii Aulici Principes, Comites, Barones, Nobiles, aliosque honestos Viros, utriusque Religionis, natione Germanos, in Imperio bona immobilia possidentes, Legum & Constitutionum Imperii peritos, & eruditione ac rerum experientia præstantes, nec ulli Statuum Imperii, multo minus extero, sed Sibi soli speciali juramento obstrictos assumpturum.

Capp. Ferd.
art. 43. Leop.
art. 42. Jo.
seph. art. 41.
Instr. Pac.
Art. V. §. 56.
Capp. Leop.
art. 40. Jo.
seph. art. 39.
Ord. Jud.
Aul. tit. 1. §.
7. 9.

II. Visitationem Judicii Aulici, per Electorem Moguntinum ad minimum quovis triennio instituendam, & emendationes defectuum, in eo occurrentium, non impediturum,

III. Curaturum, ne inter Assessores Nobiles antiquioris prosapiæ Canoniatuumque capaces & Comites atque Barones, quibus in Collegiis Imperii nec sessio nec votum competit, aut qui ex familia his juribus ornata non descendunt, ratione præcedentiæ in Sessionibus ullum observetur discrimen, sed quilibet à die receptionis suæ locum sortiatur.

IV. Nec

Bersaff. W. adb. art. lit. c. existimat, censendum; est enim Jus Legatos mittendi Ordini Equestri Immediato competens, ratione causæ uniforme cum ceterorum Statuum Jure, licet dignitatis gradu differant Legati missi, vid. *Author. Spicileg. Observ. ad Capis noviss. hic.*

IV. Nec alium Præsidem vel Vice-Præsidem, nisi natione Germanum Principem, Comitem vel Baronem, in Imperio immediatis vel mediatis bonis instructum, Judicio Aulico præficere, neque etiam pati velle, ut ejus Directorium à quoquam affectetur vel turbetur.

*Capp. Leop.
art. 40. Jo-
seph. art. 39.
Ord. Jud.
Aul. tit. 2.
§. 4.*

Clausula membri II. de maturanda Visitatione Judicii Aulici & defectibus in eo occurrentibus tollendis noviter accessit.

In Articulo XXV.

Imperator promittit, se I. in ordinanda Cancellaria Judicii Aulici, & præficiendis ei Vice-Cancellario, Secretariis, aliisque ei inservientibus, (a) Electori Moguntino nullum præjudicium illaturum, nec concessurum, ut Cancellariæ Imperiali, contra ejus & Judicii Aulici Ordinationem, ab aliquo sub ullo prætextu molestia creetur.

*Capp. Ferd.
art. 41. Leop.
art. 40. Jo-
seph. art. 39.*

II. Præsidi, Vice-Cancellario, ceterisque Judicii Aulici Assessores, salaria, debito tempore, exacte, sine diminutione, soluturum, &

*Capp. Leop.
art. 41. Jo-
seph. art. 40.*

III. Exemptionem ac immunitatem à vestigialibus, collectis, aliisque oneribus, ad instar Assessorum Judicii Cameralis, conservaturum.

IV. Eorum atque Statuum in Imperiali curia residentium, ac Agentium, exemptionem à provincialis regiminis aliorumque judiciorum Jurisdictione & oneribus personalibus factam intactam præstiturum.

V. Illisque, qui aliorum se conferre, & ab Aula Cæsarea discedere volunt, libere, secure ac absque ulla detractio-
ne migrandi facultatem, literasque comæatus, si desiderant, concessurum esse.

(a) De quibus vid. Uffenbach, *de Jud. Aul. cap. 8. §. 9.*

In Articulo XXVI.

*Capp. Leop.
Joseph. art. 4.*

Promittit Imperator, se I. Duci Sabaudia de Ducatu Montisferratenſi investituram, ad ductum Instrumenti Pacis, ibique allegati Tractatus Cherascensis concessurum, Et II. illum in Jure Vicariatus per Italiam ipsi competente defensurum; at hæc omnia sub ea conditione ipsi præstiturum esse, si Inhibitoriis & Avocatoriis, Imperii nomine publicatis, morem gerat, fidemque Principis & Vasalli Imperii servet.

In locum eorum, quæ ex hocce Projecti Articulo in Articulum IV. novissimæ Capitulationis translata sunt, specialem de Duce Sabaudia dispositionem inseruere Electores.

In Articulo XXVII.

*Capp. Leop.
Joseph. art. 8.*

Promittit Imperator, se I. Protectiones exterorum Regum & Principum (a) super medietas Imperii Civitates & Provincias sublaturum, vel ad minimum ad primarum concessionum limites restricturum, in posterum autem nullas amplius ab iis impetrari permissurum, nec easdem confirmaturum. Sed potius

II. Universos Imperii Status, comprehensâ immediatâ Imperii Nobilitate, & reliquos Imperii Cives ac subditos, ad acturum, ut sub solius Imperatoris & Imperii Romani protectione & defensione maneant & vivant; hinc ipsis Statibus & eorum subditis non tantum Pacis publicæ beneficia & com-

(a) Dispositio hæc saltem ad exteros Principes pertinet, & pro in Protectionibus, Statibus Imperii super aliorum civitatibus & terris justo titulo quæsitis, non obstat, nec in earum Præjudicium allegari potest.

commoda conservaturum, sed & Justitiam tam in causis religionem concernentibus, quàm profanis, secundum Imperii Constitutiones, æquali ratione administraturum.

III. Hisce contrarios abusus, & in specie ex prætenfa Aurea Bulla Brabantina ortos, & in diversorum Electorum, Principum, & Statuum notabile præjudicium exercitos Evocationis Processus prorsus cassaturum, illisque per jus Retorsionis obicem positurum, & gravatis Statibus efficaci auxilio præsto futurum.

R. I. de Anno
1598. §. 72. |
R. I. de Ann.
1641. §. 94.

IV. Prospectururum quoque esse, ut decem unitæ Alsatiæ Civitates Imperiales Imperio restituantur atque incorporentur, reservato tamen Domui Austriacæ jure Præfecturæ Provincialis olim competente.

In Projecti membro IV. dispositum est, quod illæ Civitates Imperio Romano incorporatæ manere debeant, in novissima autem Capitulatione necessaria erat istorum verborum mutatio. Adjecta quoque est mentio Juris Præfecturæ Provincialis in dictas Civitates Domui Austriacæ, mutato rerum Statu, competentis.

Capit. Leop.
Jes. art. 5.

In Articulo XXVIII.

Imperator promittit, se non concessurum, ut exteri vel eorum Legati, clam vel palam, Imperii negotiis se immisceant, multo minus permissurum esse, ut isti in Aula Cæsarea vel Imperialibus, Deputationis, Collegialibus aut aliis Conventibus publicis, armatis satellitibus, sive equitibus sive peditibus, stipati per vias publicas incedant.

Capit. Leop.
art. 35. Jes.
art. 34.

In Articulo XXIX.

Imperator promittit, se I. non permissurum, ut alii quam Imperii subditi Postarum Imperialium Officinis, in Statuum Impe-

Imperii territorii existentibus, præficiantur, nec ut illi se ultra immunitatem ab oneribus personalibus, qua gaudent merito, etiam ab oneribus realibus quibuscunque eximant.

II. Generali Postarum per Imperium Magistro hereditario, ut Postas omnibus necessariis instruat requisitis, & literas pro justa, typis impressa, & in qualibet Postarum Officina publice affixa, taxa, velociter & secure, de loco ad locum transportari curet, injuncturum.

III. Ut generale summumque Postarum per Imperium Officium in statu suo conservetur, &

IV. ne Supremo ejusdem Magistro à Postarum Præfecto Aulico in Ditionibus hereditariis Austriacis, in posterum præjudicium aliquod inferatur;

V. Vicissim vero nec à Generali Postarum Præfecto per Imperium quicquam fiat, quod in detrimentum & præjudicium Præfecti Postarum Aulici in Provinciis hereditariis vergat; curaturum. (a)

VI. Arti-

(a) Inter duos hos Præfectos Postarum acerrime disputatum fuit: Utrum Aula Cæsarea in Urbe Imperiali bey Reichs- und Wahl-Tagen existente, receptio seu collectio & transmissio literarum cum annexis emolumentis ad Imperialem, an ad Aulicum spectet? Utriusque Partis argumenta vid ap. Limn. Tom. 2. addit. ad l. 2. c. 9. num. 133. & Ludov. Hornick. de Jur. Postar. cap. 6. theor. 3. Exhibet verd Lunig. in N. A. Part General. pag 467. seqq. Einen Vergleich / welcher durch Vermittelung Chur-
Wanns / als Kayserl. Commissaris und Protectorn des Reichs-
Post-Amts / zwischen dem Grafen von Taxis, als Erb-General-
Postmeistern im Heil. Röm. Reich, und dem Grafen von
Paar, als Kayserl. Obristen Hof-Postmeistern den 12. Febr.
Anno 1666. getroffen. Quamvis autem hæc transactio perfectio-
nem suam non obtinuerit, nec à Comite de Paar subscripta aut
rati habita fuerit, nec etiam is executionem ejus admiserit, sed
publicè & judicialiter contradixerit, imò eam annullari quæsi-
verit, ut patet ex Memoriali Principis de Taxis, & literis Ele-

VI Articulum hunc eò usque observaturum esse, donec communi Ipsius & Statuum consensu aliud placuerit.

Articulus hic missò Projecto ex Josephina desumptus est, nisi quod ultimum membrum noviter accesserit.

In Articulo XXX.

Imperator promittit, se I. ut Judicium Aulicum & Camerale, nec non omnes Ipsius Ministri & Consiliarii in suis consultationibus, expeditionibus, omnibusque actionibus Capitulationem hanc, tanquam Legem, regulam & normam sequantur, effecturum. Capp. Ferd. a. 48. Leop. art. 47. Jos. a. 46. O. I. A. r. 7. § 21. 24.

II. Nègotium perpetuæ Capitulationis (in qua tamen Electores sibi Jus ad capitulandi reservant) in Comitibus Imperii readsumaturum, & ut tandem perficiatur, curaturum.

III. Juramentum à Commissariis suis ad confirmandam Capitulationem hancce in Ipsius animam præstitum, (a) in propria persona denuò præstiturum, (b) nec

IV. antequam id factum fuerit, Imperii administrationem susceprurum, sed eam eòusque Vicariis Imperii (c) relicturum esse.

Articulum hunc, excepto I. membro, nec in Projecto, nec ulla alia Capitulatione reperies.

F In

Storis Moguntini ap. Cortrejum de Regali Postar. Jure Num. 13. ES 19. per sententiam tamen Judicii Cæsarei Aulici confirmata fuit d. 26. Junii Anno 1702. Lunig. d. 1. pag. 484. Cortrej. d. 1. n. 16.

- (a) d. 12. Octobr. 1711. post peractam electionem in Conclavi electionis, de quo vid. *Diarium Elect.* pag. 19.
- (b) Quod factum d. 19. Decembr. 1711. ipso die introitus in Civitatem Francofurtensem, datis simul Reverfalibus, ante Coronationem, quæ sequenti die 22. Decembr. secuta.
- (c) Proprio nomine exercendam.


In Epilogo.


Post relationem præstiti juramenti Sacratissimus Imperator promittit, se hanc Capitulationem sanctè observaturum, nec ullas exceptiones, dispensationes, absolutiones, Jura tum Ecclesiastica tum Politica, vel alia, quocunque nomine veniant, contra eandem allegaturum esse.

Corollarium ad Novissimæ Capitulationis
Articulum XX.

Controversum est inter Juris Feudalis Doctores, utrum secundum Longobardorum Consuetudines feudum antiquum, à Domino ob feloniam in Ipsum commissam vindicatum, in perpetuum penes eum manere, an autem, delinquente ejusque descenditibus mortuis, ad innocentes agnatos reverti debeat? Prius prolixè tuetur LUDWELLUS in *Synopsi Jur. Feud. cap. 18. pag. 387. seq.* At tamen ejus traditis non obstantibus cum B. DN STRYKIO posteriorem sententiam veriorè esse existimo.

VON





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

SUCCINCTA
 ATIONUM
 EARUM
 PHALICAM
 UCUSQUE
 ATARUM *Lm 156*
 UM
 RPETUÆ CAPI
 S COMITIALI,
 IAM
 EBERHARDINA,
 ESIDE
 E SCHWEDERO,
 SSORE, SACRÆ CÆ
 COMITE PALATINO,
 TEMBERGICI CONSILIARIO,
 ICASTERII ASSESSORE,
 RE SUO OMNI OBSEQUIO
 COLENDO,
 A. R. S. cl^o Is cc XVI.
 Q. C.
 MITTIT CENSURÆ
 IS BURGERMEISTERUS,
 GEN SIS.
 IS HIObI FRANCKIL